



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia  
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1634**

8. De stylo poëtico & cantico.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)

q̄uentia non mediocrem, quæ Oratori ciuili  
cauenda est, vel maximè.

At verò sub finem Orationis, quasi in prò-  
pria diceret, qui se comparata oratione dictu-  
rum, initio professus fuerat.

Oὐ τὸν ἀνθετοῦντα γάλακτον θέλων, ή  
τετὸν παρόντας χαρτόν, καὶ περὶ τὰς ἀρχὰς τὸ λό-  
γον. Τότε μὲν γάρ οὐκ εἶσαι διανοεῖσθαι πε-  
ρὶ τῶν πραγμάτων εἰπεῖν, εὖν δὲ ἐρικύδημος τὸ  
μεγάλον αὐτῶν: ἀλλὰ πολλά μεծά περίτερα γε τὸ  
διανοεῖθαι.

Iam verò non ita sentio, ac initio orationis  
mea: tunc enim pro dignitate rerum, me posse  
dicere existimabam, nunc magnitudinem ea-  
rum non asequor, multaque mihi eorum, quæ  
dicens insisterem, exciderunt.

Nimis aperta calliditate hæc sunt elabora-  
ta, quali finem orationis non præuidisset, qui  
se per decennium scripsisse gloriabatur.

**Eloquentia** *Habent & multum palestra scholasticæ,*  
*Iuliani mul-*  
*tum habet*  
*palestra*  
*scholastica.*

*Iulianus in*  
*Encomio*  
*Eusebii.*

*Iulianus*  
*scholastica.*

τοτὸν διεργάτην περίτερον ἀφελότερον μεγάλα, καὶ ὑπὲρ  
μεγάλων, ὅπερι μάχηροις, οὐδὲ ἔργον, ἀλ-  
λὰ ἀπλάσιον, ἀν τούτοις ταῦτα τὸ πλαγεῖον  
παθεῖν, τίτα τοιαῦτα μὲν ἀποτίνειν εἴπει-  
χερέττεν, οὐτοδιώκειν παθόμενος τὸ καρδι-  
γόρυς ἐχότων πρέστα διωτά ποτειν, καὶ δια-  
λεῖδας δολητας; ἢ δηλούστι φαῦλος, καὶ μοχθι-  
goς; νοιστέο; quid ista periodus, & cetera  
quæ diffusius narrat, aliud volunt quanringra-  
ti animi labem est fugiendam? quia ratione ad  
laddandam Eusebiam prouocatur, cui multis,  
& magnis beneficiorum nominibus tenebatur  
adstrictus. Hoc eti ad rem facit, poterat tam  
dici rotundis, nec tanto lenitudo nisi an-  
fractu trahi. Alium deinde locum communem  
annectit, laudandes esse summos viros; nam  
hoc, inquit, & Plato, & Socrates fecerunt,  
quidni etiam inquit, forminas? si quidem He-  
merus Penelopem laudauit. Hæc theslo-  
gius excurrens multum sapit de schola. Acce-  
dunt etiam exempla ab Homericis sibi  
petita fabulis, & digressiones de Græcia, & li-  
bris cum annexis excusationibus, quæ calamū  
inueniuntur adhuc quasi in Rheto-  
rum stadio volitantem  
argunt...

## Dñi stylō poetico, &amp; tantico.

## CAPUT VIII.

Qvæsitum est sèpè cur Dionysius Hal- *Dionys. Ha-*  
carnassensis ingeniorum stylique iudex, & licet lib. de  
censor acerrimus, optimam orationem Poeti- *struct. ver-*  
simillimam esse debet statuat Ex quo Hero- *borum.*  
doti, & Thucydidis historiam pulchram poësim *Cur optimā*  
non veretur appellare: *Kaloi ἡ ποίησις αὐ-  
τορatio ap-*  
*φόρεψ οὐ γραπτὴ μητρική διάλεκτος ποίησις αὐ-  
τοπλαττα* *τέλεων.* Lucianus verò suadet ei qui elo-  
quentia decorata occupat, ut primum optimos  
quosque Poetas legat, deinde se conferat ad o-  
ratores, quod protecto non faceret, nisi ad cō-  
formandum stylum prodest Poetarum lectione-  
nem arbitraretur. Sed tamen quamvis Poetas,  
ut ad oratoris institutionem perutiles com-  
mendare videantur, hæc oratio non est igit in-  
telligenda, ut stylum Poeticum probet, à quo  
sanè ambo, & sententijs & scribendi genere ve-  
hementer abhorreter. Quid igitur eterque vo-  
luit Poetas, maximè verò Tragicos & comi-  
cos de meliore nota, oratoria facultati non  
leui fore adiumento, si quis se in eis ipso di-  
scendi, scribendique tyrocinio prudenter ex-  
erceat. At hoc inquis) non plenè faciliacit  
Dionysij menti, qui Thucydidis historiā Poe-  
sim aptè nominavit. Dicam equidem & pau-  
cis, quæ hac in re mens Halicarnassensis fuerit.  
Structuram verborum, & numeros oratoribus  
commendat, quam rem vnam ad mulcendos  
fauitatis lenocinijs animos efficacissimā esse  
probat: Ut eorum verò incuriam redarguat,  
qui penes solos Poetas esse numeros arbitrati,  
legem, dissolutam & planè inécompositam o-  
rationem efficiunt, optimam orationem Poesi-  
simillimam esse contendit, hoc est (ut ipse ait)  
Id è τοῖς τεχνητοῖς, nec minus accuratam compo-  
sitionē, modalisque structuræ decoram, quam  
sunt ipsa pœmatæ, licet alij, & liberioribus  
numeris efficiunt. Hoe Cicero in oratore ex-  
plicatissime docet.

Nam etiam (inquit) Poete quæstionem at-  
tulerunt, quidnam esset illud quod different  
ab oratoribus. Numero maximè videbantur  
antea, & versu: Nunc apud oratores iam ipse  
numerus increbuit. Quicquid est enim, quod  
subaurium mensuram aliquam cadit, etiam  
si absit à versu, (nam id quidem orationis est  
vitium) numerus vocatur, qui Græci βούλης di-  
citur. Itaq; videovisum esse nonnullis, Platonis,

Cic. in orat. 1.  
p. 253. 254.

Democriti elocutionem, et si ab sit à versu, ramen quod incitatus feratur, & clarissimis verborum luminibus vtratu, potius poëma purandum, quā Comicorum Poëtarum, apud quos nisi quod versiculi sunt, nihil est aliud quotidiani dissimile sermonis.

**Qua in re oratorei Poetis similes.** (Deinde) Ego autem, etiam querundam grandis, & ornata vox est Poëtarum: Tamen in ea cum licetiam statuo maiorem esse, quā in nobis faciendorum, iungendo, umque verborum, tum etiam nonnullorum voluptati vocibus magis quam rebus inseruntur. Nec verò si quid est unum inter eos simile, id autē est iudicium, electro que verborum, propterea ceterarum dissimilitudo intelligi non potest. Hac Cicero: sed & Quintilianus clarissimē rem totam dijudicat his verbis.

*Quint.lib.  
10.c.1.  
Cur poesiso-  
ratori ne-  
cessaria.*

Theophrastus, inquit, plurimū oratori dicit conseire lectionem Poetarum, multique eius iudicium sequuntur - neque id immerito. Namque ab his & in rebus spiritus, & in verbis sublimitas, & in affectibus motus omnis, & in personis, decor petitur, præcipueque velut attributa quotidiano actu foensi ingenia, optime rerum talium blanditia reparantur: id eoque in hac lectione Cicero requiescendum putat. Meminimus tamen non per omnia Poetas esse oratori sequendos, nec libertate verborum, nec licentia figurarum, addit etiam, per dum necessitate.

**E**x eo apparet quantus est error eorum qui Poëtico stylo perpetram in soluta oratione ab utuntur; vel verbis vel numeris, vel periphæseon, quæ permultis communis esse solet licet. Hac in re importunus est Ammianus historicus, quo enim hiatu hæc dicit?

*Philost.in* Storius, quo enim hiatu hæc dicit?  
*Apell.* Cumq; primum aurora fureret, vniuersaque  
*Anmiani* videre poteram, armis sillanib; coruscant, ac  
*stylus Poe-* ferreus equitatus campis opplebas & calles Fac pe-  
*sicue,* des, quid sunt ista nisi carmina, eaque prætu-  
mida! Item,

*Sensim per urbem eternam urebat cuncta Bel-  
lona ex primordijs minimis ad clades ducta luctuo-  
sa, quas obliterasset utinam iugis silentium, quæ  
ampulla Poeticæ? ut omnia nefaria bello arsisse  
dicat.*

Item : Hyeme vero humus crustata frigoribus,  
et tanquam lenigata, ideoq; labilis, incisum precipitan-  
tem impellit, et patula valles per spacia plana  
glacie perfida, vorant nonnunquam transuen-  
tes.

Et ubi Poëta epithetis densior aut verbis  
gumidier?

*Ita his ampullis assuevit, ut quæ quotidiano sermone omnino dicenda erant, etiam his phaleris augear, & perveruart, ut ludibria signavia torrentes exundant, & humanitatis misericordibus officijs ratentabant, & famam ruitum nutrit, maligna dispersit.*

At ubi inflat industria, quis molem sustinet? Megara quadam mortali inflammatrix saueritatem assidue: iste fuit Apuleij delicie, & (vt ipsi aiunt) Anemonae verborum: talia sunt quæ de suo patro solo scribitur, globo felices eternum, libri felicioribus credita.

Ut primum tenebrie abieclis dies in albebat, &  
candidum solu curriculum cuncta collusrabat.

**Item**

*Imo de pectore cruciabili suspirium ducens, &c  
hec quæ grandiori spiritu intonat: Nec mora  
cum visu perfecta editibus, globus latronum innudit  
omnia. Singula domine membra cingit armata fa-  
tio. Et auxilis hinc inde conculcabitibus obicitur discursus hostilis, cuncti gladiis, ac farib[us] intrudi[n]cto-  
rem illuminant, eoru[nt] in modum ortu[rum] sole[rum] igne[rum]  
& mucro.*

Nec satis inflebit nonnunquam orationem  
in degebris naturæ malum, quod vocant Cā-  
cicum, ut Tibi respondent sidera, redeunt tempora,  
gaudent nuntia, seruitur elementa, tuo nui spi-  
rant flumina, nutritur nubila, germinant se-  
mina, crescent germina; & Montium scapula dechr-  
rando frumenta vene ebullendo, & suministrat via  
obumerando: hæc est styli poetici species veræ  
loquentiæ, admodum pernicioſa, quæ tam en-  
ruditoribus saeculis longè, lateque peruagata,  
fatali pruriuit multos secum traxit, diuque do-  
minata est.

Certe istis ampullis oppleti sunt Sidonius, Apollinaris & Ennodius, qui ad huius licentiae summum deuenerunt ; nam Sidonius aperte canit.

*Iam sol adiutus roscida noctis humorem radio  
crescente sorbuerat.*

Sermonis Celitici squamam depositura nobilitas  
nunc oratoria lutea regna. Cum vero libatoe

*nunc oratio lylle, nunc Camœnibus modis im-  
buitur.*

At Ennodius, cuius poetæ audaciam non c-  
quat his verbis ?

*Interea dum anceps esset fortuna certaminis,  
Et pennata mortes sibi aethera vendicarent. Tel  
luxus.*

*lues concreta tremuit concusso cornipedum. Excepto sonipes lituorum desiderijs inquietus, & lan-*

*Lanxearium imber calum obcecait, &c.  
Tertull. de  
Larissae Heros ille apud Rupicem, & sylvi olam,  
& monstorum eruditorem scripta schola eruditus.*

*De Stylo Allegorico, & periphrastico.*

## CAPUT IX.

**S**ed quoniam in huius auctoris mentionem incidimus, eius, quem nūc discutimus styli, exempla supeditabit. Floruit eo tempore, quo illa infāna metaphorarum, vel potius allegoriarum dulcedo cuncta peruerterat, & iam *Ferrum Ciceronis Tulliana dictio, vulgo dicebatur, contrā aurea putabant frigida quæ acumina, & allegoriae, quibus illi scriptores sua refererunt.*

In quo p̄fectō minor est error magni illius, & felicis Ennodij, qui calentibus adhuc eius, quam à magistris accepterat Rhetoricae studijs, ista scripsit, quam barbari, & iqualentis sc̄culi, cui aurum pro ferro, & ferrum pro auro, in tam graibus eloquentia corruptelis fuit. Sic igitur Ennодius ad Ioannem:

(Diuſalum quæris verbis in statione compotis, & incerta liquentis elementi placida oratione describis, dum sermonum cymbam inter loquela scopulos rector diligens frænas, & cursum artificem fabricatus trutinator expendis pelagus oculis meis, quod aquarum simillabas, eloquij demonstrati.)

(Deus bone, in quantos se v̄sus diues lingua dispargit! Cum voluerit, exiit ut bestia, currit ut fluvius, fluctuat ut profundum: & quantumque fucatis verborum imaginibus pingit speciem, ȳcī ad stipulationē representat. Timere te scriptioē, quasi fronte tener, insinuas; dum declamationum pompam refuga laudis depositis assertio; (& fit auara gloriæ, dum pudori parcere se ostendit, peregrinam mentita formidinem.) Ago atque habeo gratias, quod nobilia rudimenta facundia tua, in amici quantum astimas præconijs consecrasti. Et licet non agnoscam mea esse, quæ loqueris: religionem tamen narrantis amplector, diligentiam pectoris laudo, quam gratiae per suum rutilantis luce dedicasti. Tibi fax ista prætenditur, quam in opinione mea blandus elocutor accendis. Ego noctem conscientia mea, et si non fugio, noui tamen estimare.

Expende singula, & accurate dispice, quid sine allegoria; quid sine similitudine dictum

inuenire & stylī importunitatem? Ad dices, *Stylus alle-*  
*pulchrit̄ sunt Metaphoræ, sed & pulchrorum gōriciæ,*  
*modus est Melles sunt: & mellis suavitas af-*  
*fert satietatem. Gemmæ sunt, distingūti igi-*  
*tur opus, non obruant. Ad orationis delicias,*  
*non ad communem quotidiani sermonis v̄sum*  
*inuentæ sunt metaphoræ, quas si vbiq̄e velis*  
*intrudere, stylī monstrorum corpus facias ne-*  
*cesse est. Venustissima quidem est ars picturæ,*  
*qua expressis rerum imaginibus opulentas*  
*emulatur naturæ doctes, nemo tamen adeo*  
*demens est inuentus, qui naturæ opera de*  
*medio tollenda esse censeret, quod eorum*  
*de picturis v̄isque per elegantibus expressa*  
*simulachra intueri licet. Siquidem manufa-*  
*ctorum decor breui admodum voluptatis de-*  
*linimento pascit sensus: Naturæ dona diutius,*  
*& solidius oblectant. Quod licet quidem ani-*  
*maudueret in ijs, qui picti ruris similitudi-*  
*ne, aut avium versicolores plumas spectant*  
*inter natu-*  
*ralia, & ar-*  
*tefacta.*

Primo quidem aspectu, quasi totam hauriant oculis voluptatem, afficiuntur quam suauissimè: paulatim vero diu occupatis eadem imagine sensibus, iucunditatis gratia consenescit. At quæ naturalia sunt, & magna, ut Maris exhortata facies, glidiorum fontium lapsus, umbras nemorum, montiumque vestitus viridisimi, nouo semper voluptatis auctorioso recreant amatores. Haud quidem dissimile est, quod in hac stylī materia euenire solet. Nam illa sermonum picturata (vt appellat) diadema, sua crebritate fastidiosa, aures statim obruant. Verba vero propria accuratae orationis dulcibus illigata numeris, si non acriori, diutiniiori tamen, atque utiliori delectatione sensus retinente auditorum.

Qui sit igitur, vt multi hoc loquendi geac- *Allegoriarū*  
re capiantur? quia fuco illi tam voluptatem so- *dulcedo im-*  
lidæ iucunditati anteponunt. Iuuat enim ista *poris auris-*  
audire blandius infracta.

(Dum fauos loqueris, & per domos cereas *Ennod. ep.*  
eloquentia nectare liquentis elementi mella *9. l. 1.*  
componis, peregrinum labijs quis saporem e-  
puli dinitis infusisti.

Et in Panegyrico Theodorici:

(Et adhuc in cano flore degebas adolescen-  
tia, nec virtutum meli in lacteus ante experimen-  
tum culmus attulerat. Adhuc blanda erat  
imago pubescens, nec tingens faciem lanugo  
vestiebat; quando aui purpura, & flocculus fu-  
peruenientis imperij promittebat felicitis, de  
gratiae commutatione, terorem. Cum in  
K per-